



cibus ordeum. non legumina uaria. non uites
 quae fructus suos immista desudant. non po-
 ma arborer. germinabunt quae humorem
 terrae in uarios mutant saporis. Sed orietur
 uobis amaritudo immo amaritudinis iudici-
 um. siue **ATPOCTIC** quam latine in gramen
 uertamus. Est enim genus herbe calamo simi-
 le. quae per singula genicula. fructem sur-
 sum & radicem mittit deorsum. Rursum que
 ipsi fructes & uirgulae alterius herbae semi-
 nari solent. Atque ita in breui tempore sinomi-
 nis radicibus effodiatur. totus agros uepri-
 um similes facit. Denique etiam si sicca eius
 aliqua pars dummodo geniculum habeat.
 super culam terram ceciderit omnia replat gra-
 mine. Haec diximus iuxta **LXX** interpreti.
 Ceterum in hebraico **ros** scriptum habet. quod
 in amaritudinem uertatur. hoc est amaritudi-
 nis iudicium. De quo & **chris** loquitur in euange-
 lio. in iudicium ego in mundum istum ueni.
 & de alius scriptum est. quod recipiant amplius
 iudicium. Discipuli quoque contrariorum dog-
 matum cum eorum fuerint contrita mendacia
 & aere luciq. subuersi. sero dicent non habem
 reges. qui nobis prius imperauerant. quibus de-
 cipiemur ab **chris** non tamen uimus. Quid enim
 nobis profuit eos sequi. quorum in necessitate
 non sentimus auxilium. Haec loquentur quae
 sententiam aliquam excusationem. ut non per se
 sed per doctores pessimos errasse uideantur.
 Unde & **LXX** uerba eorum excusationes factas

transtulerunt. quas propheta de uita dicens.
 ne declines cor meum in uerbam malitiae ad excu-
 sandas excusationes in peccatis. Libenter utiis
 nostris adplaudemus. & superata uoluptatibus
 ostendimus carnis infirmitatem. aut dura ma-
 iorum imperia. Unde uerba & uisionis hereti-
 corum inualescunt & ferient foedus nequaqua-
 cumdo. sed cum amaritudine quaecumque uoi-
 cu uenerit germinabit super sulcos agrorum.
 ut qui seminauerunt in gaudio. mox in lacri-
 mis. qui riserunt fleant. qui habuerunt conso-
 lationem. lugeant.

**FINIT EXPLANATIONUM IN OSEE
 LIBER SECUNDUS.**

INCIPIT LIBER TERTIUS.

NON IGNORO PAMMACHI DIFFICILLIMUM

me xii prophetarum opusculum cadere
 certe interpretatum latinis. & quod magis
 temeritate nostram possit arguere quam
 scientiam proderet. Sed quia tibi oranti.
 immo imperanti negare nihil possumus. &
 pro offerentium uiribus in gazophylazium
 di multorum diuitias. duo mulieris paupe-
 ris aera superarunt. Quicquid possumus
 primum deo. deinde tibi quid er possumus
 illiusque semper uerticuli recordamur pollio.
 & ipse facit noua carmina. Cumque apertum
 fauorem pro iure amicitiae esse te gaudeam.
 tacitum eruditi omittuae iudicium perta-
 mesco. Magisque telaudentem. quam aduer-
 sarios detrahentes metuo. Illis enim